



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Statuta prouincialia et synodalia ecclesie Colonie[n]sis  
(Köln)**

**Colonie, 29. IX. 1492**

Statuta Walrami.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30901**

## Statuta

Alramus dei gratia sancte Leonienſe ecclie archieps. sacri imperij p Italia archicancellari⁹.  
¶ Quanq̄ sacroruz testatibus regulis canonū culibz sacerdoti sufficē q̄ vnaꝝ de die missam dūtaxat celebret preterq̄ in casibz exceptis regulare existat imo et valde felicē esse presbyterū qui vnaꝝ digne de die celebret. Nonnulli tamen sacerdotes nō in casib⁹ pmissis sibi .imo qđ horrenduz est auaricie duci cupidine vel nolētes sibi habere socios in ecclie qbus pfecti sunt ut eo amplius de redditibus suis sibi absorbant. de qbus tñ sibi et socio possent pro suis necessitatibus satisfacere cōpetenter. vel qui tāq̄ mercenarij alijs seruit ut amplius incretetur ex pacto etiā et cōdicto onus celebrādi quasi quotidie seu alterius dieb⁹ missas duas in se recipiūt cōtra corundez sacroruz canonū instituta quod de cetero oīno prohibemus. Inhibētes ex nūc vniuersis presbyteris nre ciuitatis et dioceſ ne quis de cetero pl⁹ q̄ vnaꝝ missaz vna die nūl p aliquē de casibz a iure exceptis manifeste et plane se excusare valeat celebrare psumat. Contrariuz faciētes quos nos monitione. q̄ nos eos ex nūc omnes et singulos monemus septez dierū pmissa excommunicatos in his scriptis excommunicatos p decanos concilij et locorū plebanos seu corū vices gerentes volumus publice numerari. Si qui etiā de cetero talia facere psumperint ex nūc decanis christianitatum in hūte sancte obedientie districte mandamus. Et tales ad nos seu officialez nūm deserāt. pena sibi sup hoc debita recepturos. Datū crastino dñice Iunio auuit. Anno dñi. M.ccc.xxy.

Admonent charitatue ecclie p̄ reatores pacifici non promoti ut infra tres menses promoueant et nō residentes ut psonaliter resideat. Et ne patroni ad ecclesias p̄ntet sub pactioſe symoniai

## Walrami

ca ut hic narrat. Dqz ecclias sic ad ipsi eas dimitat. et consiq̄ tales sic habentes ecclias reuelent.

Alram⁹ dei gratia. xc. dilectis in christo. decais christianitū necnō plebanis ecclias p̄ficiuntatis et dioceſ aut eoz vices gerentibus salutem in domino sempiternam. Quoniam inter cetera que nostre cōsiderationis oculus in nostra ciuitate et dioceſi postq̄ ad regimen Colonensis ecclie licet immorati diuina disponente clementia assumpti sumus correctione digna prospexit vñi notabiliter periculorum et detestabilem compertimus abusum et pessimum corruptelaz. scilicet q̄ in nostra dioceſi nō pauci ambo in multitudine copiosa eccliarum rectores seu pastores postq̄ pacificam suarū eccliarum possessionem adepti sunt ad annum et amplius. Immo per multis annos ad ordinem sacerdotij non promoti existunt. Aliqui vero in suis huiusmodi ecclias nō resident citra dispersionses et licentias eorum qui sup his potestatem habent canonice dispensandi fructus q̄ ex ip̄is suis ecclias nec nō redditus et prouentus nō eo minus collere verentur. Cui morbo et si competentem apponere intendamus mediam quia cum idem morbus ex dissimilazione nostrorum predecessorum adeo cōmuniſ irreſistit q̄ tales si nō p̄moti nō residentes consuetudinem hanc nominant corruptelam in eorum et hac p̄te peccata notoria ac allegatione pudebita de se fidē satagētes. Nos in pmissis omisſa p̄ nunc p̄ eos executione iustitie rigorose omnes tales et singulos cuiuscumq̄ status seu cōditioſe existant. In hīmōi sancte synodi congregacione rogamus hortamur in domino et monemus. ut se infra tres menses a data presentium sic disponant non promoti

scilicet ut promoueatur et non residētes de cetero residentiaz faciat psonalem. Alioquin sciant contra eos put nobis melius faciendū et utilius visum fuerit sine dubio processuros. Item quia non nulli qd utiqz nō minus pmissis dolens duz est ecclesiaz curatarum patroni dū ad ecclesias vacantes quaz patroni existūt ipsi quospīā pñtare inclibit. et car nali seu alio inordinato affecti desiderio circa aliquos fortasse suos filios aut cognatos aut alia affinitate seu amicicia coniunctos qui vice sumū quintū sue etatū annū mīme attrigerūt. Et sic defectū etatis obtāre ad obtinēda beneficia curata minus abiles existūt. tales sic inabiles ad tales pñtare ecclesias gerunt in voto verisilr qd dubitat. tales si pñtarent p eos ad quos hor pñtinet admisiō admitti nequaqz debere cū qbusdā force presbyteris seu alijs qbz etatis liez nō iusticie seu conscientie maturitas suffragatur paciscunt et inter se condicunt qz tales presbyteri se presentari. Ad tales pñttant ecclesias et postqz admissi fuerit ad easdē cas ad iporum patronorum voluntatem debeant dimittere et certā prem modicā fructuum redditū et obuentionum earundem ecclesiarum sibi reseruāt ipz patronis toto residuo renāsuro. Aliqui etiā simpliciter cuz patronis cōueniunt ut ad ecclesias aliquā pñtentent de certa portione ad tempus seu qdā ipsas ecclesias tenuerint anno quolibz persoluenda. Et sic tales presbyteri sue salutis immemores pessima specie symoniacē prauitatis infecti. ad tales ecclesias sic pñtentati et admisiō non intrantes per hostiuz eas possidēt. Immo verius occupant minus iuste et cure taliuz ecclesiarum curatarum nō capaces populos harum ecclesiaruz decipiunt circa predictos fructus redditus prouentus et obuentiones cōmittendo. spoliū et rapinā cui qntum possum' occurrere cupientes omnes et singulos ga

les huiusmodi peccati turpitudinis las be respersos In presentia cōgregatorū in hac sancta synodo monemus nostra autē ut tales ecclesias quas sic pñtati obtinent immo occupant statim coram nobis seu officiali nostro et presente persona publica verbo et facto publice dūmittant ad eas nisi sup pmissis egerit penitentiam et dispensationem ad hoc habuerint nequaqz de cetero reuersuri Et coram nobis aut predicto nostro officiali cōpareant nostrum seu ipius officialis super hoc audituri mādatū. Non nemus etiā omnes et singulos huus rei consciens ut nob̄ seu predicto officiali nostro tales personas sic ecclesias obtinentes nominent et reuelent. Alioquin tam predictos sic ecclesias obtinentes. necnon consciens et nō reuelates quos monitione decem dierū premissa in his scriptis excommunicamus. excommunicatos nominatum quorū nomina sciueritis. Reliquos in genere publice in vestris ecclesiaz nuncietis et per plebanos seu eorum vices gerentes infra vestros cōstitutos Decanatus nra autē quā vobis in hac pte committimus nūciari precipiat. Intimamus etiā eisdē qz si predicti tales sic ecclesias obtinentes se nobis seu officiali nostro nō presentauerint seu nominauerint nostram indignationem incurreret et si hoc expectare maluerint nullam a nobis gratiam inueniēt quā tamē gratiosam si se ipos ostenderint firmiter expectare poterunt. Ulerum consequentur id quod iustitia dictauerit rigorosa. Et ne aliqui ex eis crassam pñsentientem pretendere valeant ignorantiam qz quis necesse non esset id in hac sacra synodo ita publice promulgatum singulorū auribus inculcare. Nobis in virtute sancte obedientie et sub pena excommunicationis districte precipiendo mandamus. quatenus has nras lras et in eis cōtēta in vīs ecclesiaz et pplebanos seu eorum

## Statuta

vicarios infra vestros decanatus constitutos publicetis et nostra auctoritate publicari oimode faciat. Datum crastino dominice Inuocavit Anno dñi. Mccc. xxxv.

### Contra becgardos et suestriones.

Alramus dei gratia sancte Leonensis ecclesie archieps sacri imperij p Italia archicancellarii. Dilectis sibi. Abbatibus. prepositis. decanis ecclesiariis collegiatis necnon collegiis et cõuentibus. ac decanis christianitatis. plebanis et eorum vices gerentibus necnō oibis clericis secularibus et religiosis ac vniuersis christifidelibus ntarum ciuitatis et dioecesis. salutem in dño sempiternam. Olim bone memorie Henricus predecessor nři homines qui becgardi et suestriones appellantur. ppter vitas et conuersationes eorum suspectam eorum sectam cupiens extirpare. ne cõmunitone eoz periculosa ceteroruz christifideluz gregem tanqoues morbide coinquinarent processus quodaz fecit in quibus eos monitione canonica pmissa sua pceptit exire dioecisz. Et si manere debeat sub certis mordis et conditionibus fuerat remansuri. Iposqz qui post modū remanerent seu ad suam reuerterentur diocesim et ciuitatem vel venirent seu mādatis suis salubribus nō pareret nonitiōe legitima pmissa excōicauit et excommunicatos mādauit publice nūciari. et alios diuersos et eis merito formidados pcessus contra ipos duxerat emittendos. Nosqz ei vestigis iherentes fm eorundē pcessu continētia cōtra eos et eoz psonas nros pcessus duximus facēdos ac etiā publicandos. sicut hoc ad vīam seu vīe maioris pris notitiā deuenisse minime dubitamus. pte hec et alia in līris tā pdecessoris nři qđ nřis sup hoc confessis plenius cōtinetur. Uerū quia pte ad

## Walrami

nřaz relatiū est audientiā hmōi hoīm pnicosa de nouo incepit a deo in nřa ciuitate et dioecesi inualescere multitudine ut nisi de nouo eis p cōpetentia cōtraria resistat peiora prioribus pericula subintrabūt. Elobis plebanis et vices vias gerentibus in vītute sancte obedientie et sub pena excōicationis districte pāci pēdo mādām. qđtenus cōtra oēs hmōi sectari hoīes becgardos et suestriones fm prefati predecessoris nři et in forum processuū cōtinētia procedarit. ipos pcessus cōtra eos et ipos in domo sua recipientes cōmunicantes eisdem seu eis quicqz dātes. Necnō eorum fautores et eis opem seu opam cōferentes procedatis. Elosqz oēs et singuli supdicti ipos artius evitatis et intimamus vobis p si in pmissa executione aliq ex vobis in ueti fueritis desides vel remissi. contratales per rigorem iusticie sine dubio pcedemus. Datum crastino dominice Inuocavit. Anno. Mccc. xxxv.

Item scdm contra becgardos et suestriones.

In noīe dñi Almē. Walramus dei gratia. Et. Dilectis in chlito. prepositis. archidiaconis. abbatis. decanis. prioribus. et prelatis eccliarum rectoribus ntaruz ciuitatis et dioecf ac alijs nřis subditis vniuersis. salutem in domino sempiternā. Cum alias bone memorie Henricus predecessor nři multa diligētia et deliberatio ne prehabitio quodā hoīes becgardos et suestriones vulgariter nūcupatos cū suis receptorib⁹ defensorib⁹ et fautorib⁹ pte sectā quā sequūt et errores variōs fidei catholice prios erigēte iustitia excommunicasset et excommunicatos p oēs ecclesias ciuitatis et dioecf nostre mandasse publice nūciari. diuersis nihilominus penis contra eos in suis

processibus promulgatis quos et nos in pluribus nostris synodalibus concilij innovari fecimus publice et soleniter publicari put hec et alia. In iphis nostri predecessoris processibus atque nostris plenius continentur. Nos demum fidei signorum assertionibus inclinati assentientium coplures ex his dictorum becgardorum et suestrionum abiectione habitu et spietis erroribus reconciliacionis gratiam et absolutionis beneficium affectare paratos etiam erroris factam huiusmodi et habitum abiurare certo nostro commissario sup his inquireti eosque vel ab ipsis processibus atque personis ipsis contentis absoluendi dedimus potestatem. Uerum quia de novo nonnullos habitus delatores et secte professores non abiuratis secta et habitu huiusmodi immo ipso habitu non abiectione a dictis processibus et penis. In iphis contentis per dictum nostrum commissarium quod tamē nec speramus nec credimus se publice percepimus assentire absolutos. Nos precipue qui in votis gerimus ut negocium catholice fidei nostris prosperetur temporibus et errore huiusmodi a finibus fidelium extirpant presentibus declaramus nostre intentionis nec fuisse nec esse q̄ ipse noster commissarius ipsis becgardos aut suestriones a dictis processibus et penis exoneret vel absoluaret aut eos ipsis decerneret non teneri nisi prius ipi eorum erroribus secta etiam et habitu huiusmodi abiuratis. Sub communi vita et habitu christifidelium viuerent laudabiliter et deuote decernimus etiam et declaramus absolutiones ipsis becgardis et suestrionibus datas et decreta super eis facta aliter a quouis nostro commissario quod tamē non credimus non tenere. Quocirca vobis et cuilibet vestrum sub penis in dictis processibus expressis et prolatis precipimus et mandamus quatenus dicte secte professores

res et habitu huiusmodi delatores becgardos et suestriones una cum suis defensoribus receptatoribus et fautoribus excommunicatos et a cunctis chrisitifidelibus cuitandos publice nuntiatis. contra eos sicut prius procedentes Datum ipso die beati remigii confessoris. Anno domini millesimo trecentesimo tricesimo quinto.

De non promotis  
et non residentibus.

Alramus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopi. sacris imperijs per Italiam archicancellarius. Ut dilectis in christo universis et singulis decanis christianitatum nostre dioecesis salutem in domino. Cum nuper in concilio proxime preterito in maiori ecclesia nostra Coloniensi celebrato omnes et singulos ecclesiarum prochialium pastores non promotos ad sacerdotium aut non residentes moueri requiri et horari in domino charitatue fecerimus ut se infra certa tempora promoueri facerent et in suis ecclesijs residerent nisi eos cause rationabiles excusarent. Altoquin nos processuros contra eos fuerim⁹ comminati. quo non obstante nonnulli in sua p̄tinacia persistentes non promoti ac non residentes ad susceptionem ordinis sacerdotij et ad residentiam faciendam sicut prius habentur se non disponuerunt et adhuc minime se disponunt. Quocirca vobis committimus et mandamus. quatenus quilibet vestrum per se seu per alium aut alios vice et auctoritate nostra quas cuilibet vestrum in hac parte commitem⁹ fructu universos ecclesiarum hominum promotoz et non residentium put cuilibet

## Statuta

vestrum subsunt sequestretis et in se-  
questro sub firma custodia teneatis et  
reseruetis quousq; aliud recuperitis in  
mādatis. Eolumus etiā ut si qui et ea  
causas rationabiles iuris habuerit q̄re  
ad premissa minime teneantur. Lōta of-  
ficiali n̄o Lōlon probent et proponat  
et eius sup hoc declarationē recipient.  
Si qui vero ex eis in hmōi rationabi-  
libus causis deficiunt, vel eas nō habue-  
rint in fructibus hmōi suarū ecclesiarū  
aut pte aliqua eoz cū verisimilitate hāc pe-  
nā plus timere consueverint put q̄ntu-  
ras eoz cōtumacie exegerit decernim⁹  
multādēs. Quos qđē fructus dilecto  
in chūsto sigillifero Lōlon dū put req-  
sierit. Eolumus assignari et sibi ratio-  
nem fieri de eisdem. Ecclesiā pre-  
dictor⁹ nō promotorū et nō residentium  
quarū fructū sequestratio forsitan im-  
pediret violenter expresse vel occulere  
p quācūq; psonā cuiuscūq; dignitatē. Sta-  
tus aut conditionis existat monitione  
sex dierū pmissa ecclesiastico supponim⁹  
interdicto in ipasq; psonas in hoc cul-  
pabiles excoicationis sūiaz ferimus in  
bis scriptis. Et tādiu ecclesie maneāt in-  
terdicte et psonae excoicate denūciantur  
quousq; ecclesie fuerint relaxate et pso-  
ne mereant a nobis seu ab officiali n̄o  
absolutiōis bñficiū obtinere. Noia ho-  
nō promotor⁹ et nō residentiū et ecclesia-  
rum q̄s obtinent aut quid in pmissis fe-  
ceritis sigillifero n̄o predicto infra no-  
uem dies post receptionē n̄i mandati  
rescribere nullaten⁹ omittatis. Nomia  
etiā illoz qui in hoc presenti n̄o māda-  
to Rebellez aut impedientes tacite seu  
expresse p se seu per alios fuerint regi-  
ēcito talem rebellionem aut impedimentum  
intelleceritis predicto n̄o sigillife-  
ro rescribere et intimare nō differatis.  
Datum Bunne feria quinta post festuz  
beati petri ad vincula. Anno dñi. M.  
ccc. xxxv.

## Walrami

De nō residentibus et nō p̄motis.

Alramus dei gratia. xc. dilectis  
in chūsto oībus et singulis chū-  
stianitatuz. Decanis n̄e dioceſ  
salutē in dño. Neminius nos diuidum  
paterna solicitudine ex offici⁹ n̄i debi-  
to omnes et singulos n̄e ciuitatis et  
dioecesis eccliarum rectores ad sacerdo-  
tium nō promotos aut etiaz promotos  
in suis ecclias minime residentes chai-  
ritatiue monuisse et induxisse ut inſra  
certa cōpetentia tpa cōſtantibus alijs  
canonicis impedimentis seu priuilegijs  
se promoueri in sacerdotes procurass̄et  
et in iporum ecclias reſedissent. Uerū  
cum complures ex eis n̄is monitioni-  
bus et inductioniuis ſalubribus ſpiris  
infra hmōi tpa fe minime promoueri pi-  
curarunt. neq; in hmōi suis ecclias cui  
rauerunt residere aut priuilegia ſue ca-  
nonica impeditamenta aut statuta allega-  
re ſeu pretendere quare ad hoc nō tene-  
antur. vel compelli nō deberent. Unde  
nos talū n̄i promotor⁹ ſeu nō residenti-  
um temerariam audaciam nō aiuduer-  
tentis fructus hmōi eccliarum man-  
dauimus et cōmisimus p vos et quilibz  
vestrum put vobis ſuberant sequestra-  
ri et teneri fideliter in ſequeſtro quousq;  
q; aliud p̄cipereſt. ſuper his in manda-  
tis. hac tñ moderatione tunc adiecta. ut  
ſi quis eorundem non promotor⁹ aut  
nō residentiū priuilegijs aut alijs cauſ-  
rationabilibus ſeu canoniciſ impediti-  
matis ſe tueret coram nobis aut officia-  
li n̄o Lōlon illas pponerent et proba-  
rent et ſuam declarationem recipere et  
determinationem aliarum vero ecclia-  
ſarum quarum pastores nullā habent ex-  
cutionem cōtra hanc noſtrā ſequeſtra-  
tionem. Mandauimus fructus n̄o sigil-  
lifero p vos decanos assignari et ſibi ſu-  
eri rationem de eisdem. Miss cōponeret.

# Statuta Walrami.

xcix.

hmoi pastores de his cuz eodem. Et ne hmoi sequestrationis nfe madata pñata ludibria redderent ecclesias hmoi non promotoruz aut nō residentiuз in quibz vel earuz aliqua sequestratio nra pñata impediref violenter expresse vel occul te p quacunq; psonam cuiuscunq; status aut conditionis existeret monitione sex dieruz premisa vt desisterent ecclesiastico in scriptis supponimus interdicto.  
Et in culpabilez seu culpabiles in istis promulgamus sifiter propter hoc in scriptis prefata canonica monitione pmissa sententia excommunicatiois et madauimus eisdem excommunicatois si satissim re nō curarent de cõmissis et absolutio nis beneficium a nobis aut a dicto officiali nō obtinere publice nunciari. Sane cum nō nulli ex dictis pastoribus ad huc nō promoti seu nō residentes reguntur qui nec priuilegia seu causas rati onabiles aut canonica impedimenta qua re ad hoc minime teneretur corā nobis aut dicto officiali nō ostenderunt. Et his nō obstatibus cōtra nñaz sequestrationē fructus hmoi suarum eccliarum sicut prius pceperūt et asportauerūt in animarum suarū graue periculuz z scā dulum plurimorum ac nñam et nostroz mādatoruz pñipēsionez ppter qd vos de canos christianitatum predictos et quē liber vestrum requirimus vobisq; man damus quaten⁹ fructus per vos seque stratos et vestre custodie deputatos pñato sigillifero nñō assignetis et ratio nem de his faciatis infra tres septima nas a data pñictū numerādas. Ecclesi as vero pastoruz nō promotorū aut nō residentium qui fructus suarum sine li centia nostra vel de ordinatione habita cñ sigillifero nostro pceperunt et aspor tauerunt quas propter hoc ecclesiastico supponimus interdicto interdictas pu blice nñcietis mādātes inibi interdictū inviolabiliter obseruari. Ipos vero pa stores seu altos qui in hoc culpabiles

extiterint et sunt et propter hoc sententiā excommunicationis inciderunt ex communicatois publice in vestris eccles ijs et suis et alibi vbi oportunū fuerit nñcietis et faciatis ab alijs nñciari vbi et quando de hoc fueritis requisiti man dātes eisdem et alijs qui sc̄iter in iphis ecclesijs sic interdictis in contemptum clauium diuina celebauerint officia. immo potius prophanauerit q; nisi de celeri satissimide sibi prospexerint con tra eos nominatum tanq; contra irregulares put iustitia exegerit procedemus. Nomina horum qui dictuz nostrum se questrum impediuerunt seu fructus se questrationis asportauerunt et nomina eccliarum earundem nobis aut prefato officiali nostro fideliter rescribentes Datum Brux in crastino beati Galen tini martyris. Anno domini millesimo trecentesimo tricesimo sexto.

Renocātur omnia inducta pretensa. per que moniales cōsuta velamina col lenda auctoritatem sibi cōcessam excusa re volūt et falso allegarunt.

Alramus dei gratia sancte ec cleie Coloniensis archieps. sacri imperij p Italianam archicancellaria us. Univerlis p̄sentes litteras audi turis salutem in domino sempiternā. Quanq; animarum subditorum nñoruz periculis ex nostri officij debito precat uere qntū possumus teneamur illarum tamē excessibus psonaruz que specialit diuino sunt mācipare ministerio preser tim quādo iporū dissimulatio correctio nis excessū nō absq; nra aliquali infamia poterit nō modica perdurare. debe mus occurtere qnto celertus possim⁹ totō nisu ne in alijs errorū occasio q; positi sum⁹ vt alioz corrigam⁹ errores se dēres sup specula videamur. Cū testate sacro canone crudelis sit q; famam suam

S. i.

# Statuta

# Walrami.

neglit. Sane his temporibus qd̄ do  
lenter referimus nonnullae sancti Augus  
tini et sancti Benedicti ordinis Moni.  
nostre ciuitatis et dioceſ moniales or  
dinis ac status sui ac iuriū et statutorū  
synodaliū predecessorum nōrōrum super  
hoc editorum immemores et eorum pes  
nas formidabiles minime formidantes  
tam intra qd̄ extra monasteria sua habi  
tibus quibus ex eorundem intunctione  
statutorū ut tenent abiectis seu in ma  
iori pte mutatis incidere publice nō ve  
rentur et habitibus ac ornamentis etiā  
ad instar mulierum secularium earū or  
dinem statū et regulā nequaq̄ decentie  
bus se parant illicitis in excessu put de  
his tāq̄ de notorijs nō potest alicui de  
populo nō constare et nonnulla ex eis vt  
sue hmoi inordinationis excusationem  
habere in talibus reputentur in nostri  
status iniuriam asserunt put ad nos p  
uenit. Nos eis verbo vel facto aliqua  
talia indulſisse qd̄ que fomentum licentie  
eis talia faciēdi possint elicere quoquo  
modo. exabundanti tamē ut cūctis nra  
in hac parte pateat intentionis bmoi cal  
ue occasionis cōsuta velamina omnino  
tollere cupiētes. Omnia et singula qui  
buscunq̄ monialibus et earum prelati.  
cūuscūnq̄ ordinis status et conditionis  
nostre ciuitatis et dioceſ in genere vel  
in specie indulta sub quacunq̄ verboz  
forma concepta dicta vel scripta p nos  
aut nostro nomine aut auctoritate quo  
cunq̄ modo. que aliquem intellectum  
p quem huiusmodi abusuz predicte mo  
niales seu sue prelate valeant de cete  
ro colorare. et tanq̄ nra se habere sup  
hoc licentii pro excusatione pretende  
re trahi possent. Cum intentionis nre  
nō fuerit sicut nec esse debuit quin semi  
per predecessorum nōrōrum statuta salua  
et incoluma voluerimus remanere. pre  
sentibus reuocamus et nullius penitus  
volumus fore monenti imo nostre non  
fuisse intentionis quin predicta statuta

predecessorum nostrorum super statu et  
decentia predictarum monialium et su  
arum prelatarū edita in suo remanerē  
robore et ea tenerentur efficaciter ob  
seruanda. his nostris litteris declaram⁹  
Mādantes eidem monialibus. omni  
bus et singulis ac earū prelatis in pres  
entia omnium in hac sacra synodo con  
gregatorum ut pretextu cuiuscūnq̄ nre  
licentie. si quā hacten⁹ ex eis aliq̄ mis  
sus veraciter allegarūt statuta prefata  
aliqualiter nō exerceant nec pro sui sta  
tus et habitus aliquo abusu curiose seu  
excessu nre licentie pretextu audeat seu  
debeant se aliqualiter excusare. Datum  
Legnich in die beati Mathie apostoli  
Anno dñi. M.ccc. xxxvi.

## De synodi obseruatione

Alram⁹ dei grā sancte ecclesie Co  
loni archieps. sacri iperij p Italiaz  
archicancellarius. &c. Dilectis in chio  
nras in sacra ventura synodo in crastu  
no dominice Inuocauit. in ecclesia nra  
Coloniensi celebranda vices gerentib⁹  
salutē in domino sempiternam. Multis  
modis et in pluribus sacris synodis ha  
ctenus p predecessorēs nostros et per  
nos celebratis vniuersos prelatos col  
legia christianitatum decanos necnō vi  
carios ceterosq; in synodis Coloniens  
ecclesie diversis vicibus put obseruate  
fuerant congregatos rogatos horatatos  
ac requisitos necnō ipis mādatū ex pte  
nōrōrum predecessorum intellectimus et  
a nobis meminimus ut sicut statuta pre  
decessorū nōrō presertim pie memone  
Sifridi nfi predecessoris precipiuntur  
ipis synodis p̄nitaliter vel p procurat  
ores in suo casu ut cum decenti habitu  
et modo ac habentes statuta ipsius nre  
ecclesie in manib⁹ cōparerēt. nōnulli tñ  
ex eis hmoi salubres rogatus horatio  
nes requisitiones et mandata minime  
aduertentes fm iporū statutorū conti

# Statuta Walrami.

.C.

nentiaz de iure et stare et comparere in  
ipsis conciliis non curarunt penas in ipsis  
expressas minime formidantes forte sui  
pina quadam et crassa predicti statuti do-  
mini Sifridi maxime ignorantia volen-  
tes suam inobedientiam excusare. Venerab-  
ilis de rigore iuris ut forsitan pluribus  
videretur circa premissa inexcusabiles  
videantur. hi qui circa talia excesserunt  
Quia tamen huiusmodi statuti pene sunt  
multuz formidabiles. et fm aliquorum  
reputationem predicti excedentes repu-  
tari deberent suspensionis excommunicati-  
onis et irregularitatis exercitibus dam-  
nabiliter laqueati. Nos tamen miseri-  
corditer agere volentes delicta que sic  
per eosdem delinquentes hactenus facta  
sunt liberaliter remittimus. Toscum a sen-  
tentiis suspensionis et excommunicatio-  
nis eosdem delinquentes si et in quantum  
in ipsis inciderint vice nostra ad caute-  
lum absoluere studeatis. super irregula-  
ritatibus vero et eorum dispensationib-  
us ipsos ad sedem applicamini et in quantum  
ipsos eorum vigent conscientie presertim  
rationabiliter informare quibus consci-  
entias ipsos in hac parte relinquimus re-  
mittentes. ne atque per hanc crassam et supu-  
nam ignorantiam de cetero valeant se-  
tueri et omni semota excusatione fucata  
ad predicti statuti Sifridi obseruati-  
zationem sciant et noscant de cetero pe-  
nitus obligatos ipsum statutum quod est  
primum inter statuta ipsius Sifridi et  
quod sic incipit. Licet de clericis qualibet  
eos cum modestia. et de verbo ad tubaz  
volumus et omnino precipuum legi pri-  
bile intelligibiliter in sacra synodo me-  
morata et eisdem ibi presentibus ac alijs  
omnibus quorum interest publice pre-  
dicari et preter predictam infra synodus om-  
nes prelatos collegia christianitatii de-  
canos plebaos capellarios vicarios ac  
omnes et singulos de quibus in eodem  
statuto mentio sit penitus in ipso statuto  
expressis si contrariuz fecerint innoda-

tos fm ipsum continentiaz et plectendos  
et per vos qui presentes fueritis hoc pri-  
cipimus declarari. predictuz etiaz statu-  
tum cuz omnibus suis clausulis et pe-  
nis extendi volumus ad concilium in  
crastino beati Remigij confessoris anno  
quolibet celebrandum. Datum anno do-  
mini Mcccxxxvij. in vigilia beati Ma-  
thie apostoli.

## Detonsura et habitu clericorum.

Alramus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopii. sacri  
imperij per Italiam archicancellarii.  
Et dilectis sibi abbatis. prepositis. de  
canis ecclesiarum collegiatarum necnon  
omnibus clericis secularibus et religi-  
osis ac universis christifidelibus nostris  
civitatis et diocesis Coloniensis. salutez  
in domino semperternaz. Quoniam diuerit  
generis hominum distinguunt et secerunt per  
habitum professores consulte editiones  
tam ciuiles quam canonice decreuerunt ut  
hi qui specialiter diuino sint officio magi-  
stri et contemplationi et orationi dediti ab  
omni conformatioe cessent equali. et in se  
qui sunt forma alijs et exemplar quomo-  
do deceat in domo domini conuersari per  
decentiam habitus extrinseci ostendant  
morum intrinsecas honestatem. Et quod  
corde gerunt ore predicent. actu demon-  
strant tanquam militiae deo et ecclesie mil-  
tant specialiter deputati a secularibus  
sunt sciundi. Diuerse contra lasciuies  
huiusmodi habitus coronas crines et  
incessanter quilibet ordinis clericali minime  
congruentem a nobis predecessorum et a  
nobis sub duris penitentia et grauibus sen-  
tentias emanarunt successione. put refor-  
mationi horum et honestati cleri expedi-  
re pro tempore putabatur diuersimode  
sunt sanctiones. Sane cuz humana in-  
firmicas viciorum imitatrix que plus

S. ij.

## Statuta

## Walrami.

vetitio q̄ concessis solito immoratur.  
Nonnullos nostre ciuitatis et dioecesis  
tam clericos q̄ prelatos h̄mōi p̄hibiti  
onibus non contentos adeo excecauit  
vt inter ip̄os quod dolenter referimus  
quasi cōmunis morb⁹ irrepserit q̄ se in  
incessu morib⁹ vestibus et capillis lai  
cis et plus etiā q̄ ip̄os deceat studeat  
conformare quo ad vsum ac vtilitatem  
privataz stipendiiorum beneficialeū cle  
ricalis militie stipendiarij esse volunt.  
ad obsequia vero que horū exigit rece  
ptio nequaq̄ se obnoxios reputantes  
ascribunt dedecori vice extimant et au  
tumant in honestum ut horum ordinum  
signis et insignijs in consula sc̄z et habi  
ta eōs decentibus cōversari et in publi  
co comparere minime aduertentes q̄  
clericalis militie īmo aliqui ex eis sacro  
ruz ordinum sunt carāctere insigniti ac  
q̄ nō soluz crudeliter famaz suaz neglu  
gunt et cleri statuz deformant sed et ple  
runq; more femino laborare contra p̄  
pria sua commoda moliuntur. Ince  
dunt liquidez in vestib⁹ artis et strictis  
quibus cum difficultatibus induuntur  
in tantū etiā brevibus q̄ vir per eas ge  
nua et inferiora feminalia detegunt. wā  
bosij etiam cum longis manicis p̄ par  
ticulas appendentes scissis et nō scissis  
ac nō solium longis sed vlera genua pen  
dentibus et aliqui nimis brevibus am  
plis et letis multipliciter complicatis  
vtuntur. Subtus pro prima sub veste  
wambosia apparent contra clericalem  
decentiam deferentes. et qđ nec licet in  
alijs vestibus eadem variata ex diuers  
coloribus et figuris etiā scacata et viri  
gata ex texturis sericis et alijs induun  
tur. Elestes etiam scacatas rubei et vi  
ridis coloris seu quibus de alto colore  
manica est assuta ante pectus et ultra  
cubitum multum et notanter nodatas  
a lateribus scissas ibi et in longum ad  
oram ac in manicis cum quadam revo  
lutione furratas. Ita q̄ ad modū corde

exteri⁹ appetit ip̄a notabiliter furratu  
ra. Nonnulli etiam coronas non defi  
runt et si ip̄as deferunt in locis hoc fac  
ciunt in debit⁹ retro videlicz in capite  
ut duz velint ip̄as de quibus deberent  
merito gloriari possint sub crinibus oī  
cultare. Quidam etiam comaz et barbā  
exquisite nutriunt et desuper tincturis  
de auro et argento quod potius debes  
ret ad vsum paugm erogari multifarie  
ornatis se cingunt quibus testas sine po  
ras preciosas et simili modo ornatas.  
Cultellos trusorios et non solum truso  
rios sed et semigladios appendunt et  
eosdem non tantū in populo et in grā  
de cleri scandalum sed inter enuniatas  
et in ecclesijs vbi beneficiari sunt. et qđ  
derius est quādo diuinis intersunt of  
ficijs in omnipotentis dei offensam de  
ferre publice non verentur. Caligis ru  
beis glaucis et vtridibus se caligant et  
calceis modo vario p̄foratis tincit. sic  
etiā q̄ incisuz coreuz aliquibus in cal  
ceis appendet per frustra volvantia  
hinc et inde oblii celestis militie cui ae  
scripti sunt tanq̄ inferientes armate  
militie induuntur. Aliqui etiam ex dis  
solutionis somite caputis vtuntur lon  
gis quibus similibus monachi conuersi  
intra septa sui monasterij solene vī cau  
sam legitimam cōfingentes q̄ ip̄orum  
caputorum caudis nuda manuuz a fri  
goribus protegant. quas non solum de  
centius commodius sed et virilius ac  
vberius preseruaret. Ab his in abusi  
uis si eisdem veerentur vestium ampli  
tudo. Plures etiam quida capucia p̄  
forata scissa et fissa cum magnis panni  
particulis pendentibus. quedam ver  
miculata filis sericeis aureis et argen  
teis de eisdem desuper varijs contextis  
et depictis figuris et gemmis ornata de  
ferunt statum suum in premissis et plus  
ribus alijs plus q̄ laici dissoluentes. Et  
adeo se suis stulticijs et supsticiois ad  
inventionibus gloriātes ut suo iudicio

# Statuta Walrami.

.C.i

plus laudetur qui plures et magis rati-  
nas formas adiuvent et gestat et in his  
abusionibus plus laicis se conformat sic  
et nullus delectus vel modic⁹ ppendi  
valer inter tales clericos et laicos ex-  
cessu delicate et plus etiam q̄c cōsiderē  
deceat dissolutos. Nos igit⁹ cupientes  
ex debito pastorali nō osticij ut tene-  
mur premissis que nuper in visitatione  
ūra generali nōnullis nostre ciuitatis  
ecclesijs personaliter per nos impensa. ac  
in alijs p nostros commissarios facta tāq̄  
notoria et pro more iam evidens abusio  
inolevit reformationi nostre reseruauis-  
mus speciali cōpetentez adhibere mede-  
bz. ut eos quos ad delationez habitus  
consire incessus et cōversationez hone-  
staz cōgruentes ordini clericali virtutē  
premia nō inducēt. Lic⁹ de rigore iur.  
Em decretū Innocen⁹ pape. ii. qui preci-  
pit ut clerici vniuersi in statu mētis in  
habitu corpis deo et hominibus place-  
re studeant. et nec in supfluitate fissure  
aut colore vestium nec in mensura intus/  
entus quorum forma et exemplum esse  
debent offendit aspectū. Sed potius  
quod eorū deceat sanctitatem q̄ si moni-  
tab ep̄is emendare noluerint ecclesias/  
sticis careant beneficijs contra tortos  
monitos ad priuationē beneficiorū suo/  
rum procedere nunc possem⁹. Qm̄ iustit⁹  
est ut beneficijs priuarentur qui eis  
dem se reddit⁹ indignos et ip̄orum insi-  
gnis abutuntur. Et silez cum illis quo/  
rum sectantur gestus et leges recipere  
in legibus disciplinam. saltem miti⁹ pue  
ad presens proficere credimus tam ad/  
lecturū penarum exaggeratione q̄ ad/  
iudicandarum denouo formidine posse/  
mus a suis ausib⁹ a temerarijs refrenare.  
Nonem⁹ igit⁹ vniuersos et singulos  
nostre ciuitatis et dioecesis. priores et p̄  
bicos et clericos beneficiatos et quos/  
cūq; etiam alios in sacris ordinibus co/  
stitutos et non constitutos pro clericis  
legere cōsiderē dignitatis pres-

eminentie conditiōis aut status fuerint  
quatenus a premisis omnibus et singu-  
lis abusionibus presertim coram nobis  
necnon in locis. aut inter ecclesias et ei/  
munitatem ecclesijs vbi beneficiati ex/  
istunt penitus abstineant et honeste in/  
cedant ēm decentiam clericalem tonsu/  
ram ac habitum deferant suo ordini cō/  
gruentes. Et superius cincti nūsq; cō/  
pareant nisi tempus hoc requirat vel re/  
cessuri sint a locis vbi degūt aut sint in/  
itunre constituti. Alioquin nobis in p/  
missis vel premissorum quolibz non pa/  
rentes vel contrariuz facientes triginta  
sex dierum monitione premissa quo/  
ruz ip̄is duodecim pro primo. duodeciz  
pro secundo. Reliquos vero duodecim  
pro tertio termino p̄empil. et monitio e  
canonica assignamus. ex nunc prout ex/  
tūc excommunicationis sententiam fer-  
imus in his scriptis. Monetes nihiloi/  
minus vos omnes et singulos nostre ci/  
uitatis et dioeces ecclesiārum collegia/  
tarum decanos necnon subdecanum ec/  
clesie nostre Colonię in virtute sancte  
obedientie et sub pena excommunicati/  
onis late sententie quā in vos et quēi  
libz vestrum sex dierum monitione pre/  
missa in his scriptis ferimus si non feci/  
rūtis quod mandamus. quatenus vos  
decani predicti auctoritate vobis in hac  
parte competente. necnō tu subdecanus  
predicta auctoritate quam tibi in hac p/  
te per presentes specialiter indulgem⁹  
postq; vobis post dictam nostram mo/  
nitonem aliqui de prelatis canonicijs  
seu clericis ecclesiārum vestrarum ap/  
paruerit excedere in pmissis seu aliquo  
premissorum super quo vobis et simpli/  
ci volum⁹ adhiberi relationē vestre ple/  
nam fidem. Statim absq; more dispen/  
dio q̄c citius poteris administrationib⁹  
distributionibus fructuum redditum  
prouentuum obuentionum prebendarū  
et beneficiorum suorum necnon distri/  
butionum et presentiarum inhibeatis et  
S. iii.

## Statuta

interdicatis . quibus nos presentibus  
interdicim⁹ et etiam inhibem⁹ ne post  
monitionem vestram iþis quicq⁹ de pre  
missis sive in grossio sive in minuto di  
stribuant sive administrent quomodolib⁹  
bz vel assignent. Cū illis fructus bene  
ficiorū suorū merito subtrahantur qui  
bus ecclesiastica commoda denegantur.  
Alioqñ in administratores et distribu  
tores predictos in premissis contrariū  
facientes sex dierum monitione premiss  
sa excommunicationis sententiam feri  
mus in his scriptis. Eolum⁹ etiam q  
nomina rebellū presenti nostro manda  
to nobis intra mensē postq⁹ vobis de  
huiusmodi rebellione apparuerit pu  
blicū per incessuz fideliter referatis. vt  
contra eosdem put corum proteritas  
exegerit per alia iuris remedia artius  
procedere valcam⁹. Porro vos etiam  
omnes et singuli supdici premissis ino  
bedientes et rebelles. lapso dicto nostre  
monitionis termino tanq⁹ excommunicati  
os et a communio e hominū exclusos nei  
quaq⁹ ad diuina officia admittatis nec  
cu ipis interdit⁹ eidem sed eos in acti  
bus legitimis ac in omni humanitatis  
solitio penit⁹ evitetur. sicut penas a iu  
re statutaa sup his incurrere formida  
tis vt sic rubore confusia premissis ab  
stinere et ad gremiū ecclesie matris sive  
redire et a dictis sententijs absolutiōis  
beneficiū querere compellantur. Quaz  
absolutionem nobis et officiali nostro  
dūtaxat presentibus reservam⁹. iþi offi  
ciali nostro eosdem absoluēdi. nisi prius  
exacta ab iþis et prestita iuratoria cau  
tione q mandatis ecclesie parere debe  
ant humiliter. et postq⁹ talem cautionē  
prestiterint eis iniungat in virtute hu  
iusmodi iuramenti. q de cetero ab his  
propter que has inciderunt sententias  
abstinebunt potestatem omnimodā ad  
imentes. Per premissa aut nolum⁹. nec  
intentionis est nře iurisdictioni vestre  
decanoꝝ quā vobis in correctione pres

## Walrami.

dictorum excessuum quomodolib⁹ vē  
dicare potestis in aliq̄ derogari seu tuaz  
subdecani. Eui propter hoc q decanus  
ecclesie nostre Coloniensis hactenus nō  
fecit nec adhuc facit in ipa. ecclesia nřa  
residentiam personalez in premissis au  
ctoritate nostra exequendas dedimus  
potestatem ad alia que tibi non compre  
tunt prorogari. Sed hincinde iurisdic  
onem vñaz. nec plus auctam nec dimi  
nutam sed in suo statu saluā manere p  
uidemus sicut ante. penis etiam et sen  
tentijs alijs a iure communi pede  
cessorum nostrorū statutis atq⁹ nostris  
preceptis aut mandatis contra et in p  
fatos abusores prolatis et expressis in  
suo robore nihilominus duraturis. In  
sup vobis vñuersis et singulis christia  
nitatum decanis per nostras ciuitatem  
et diocesim constitutis sub pena excom  
municationis late sententie quā in vos  
et vestrum quemlibz sex dierum moni  
tione premissa in his scriptis ferimus  
si presenti nostro mandato non parueri  
tis districte precipiendo mandam⁹. qua  
tenus postq⁹ vobis aliquem pastorum.  
plebanorū. rectororū. seu vicariorū ppe  
tuorum ecclesiarū seu capellarū intra  
limites vestrorum decanatuum consistē  
tium. et ipas ecclesias seu capellas quo  
modolib⁹ officiantiū lapso dicte nostre  
monitionis termino exceedere in premis  
sis seu in aliquo premissorū apparuerit  
publicum per incessum nobis extūc no  
mina iþorum excedentium intra mensē  
fideliter referatis. vt deo auctore ad gra  
uiora put intendimus procedam⁹. Da  
tūz Goedenberch in vigilia beati Mi  
chaelis. Anno domini millesimo trece  
tesimo tricesimo septimo.

De cinctura et vestibus clericorum.

Alramus dei gratia sancte Col  
oniensis ecclesie archiep̄us. sacri

imperij p Italiā archicancellarii. &c  
